



**E**XCE Lector candidissime diu efflagitatum opus a Sipontino Antifite latinis & græcis literis excellentissimo non minori eruditione q̄ elegancia concinnatum: ecce inquam copia cornu mellifluis floribus & diuinis thesauris referentissimum: quod impræsentiarum industria nostra splendidius: amplius: uberius: fructuosius circumfertur. Cæterum humanissime lector scire cupis quid ornamentis: quid emolumenti huic operi perofissimum per nos accesserit: honestissimum desiderio tuo q̄ libentissime obsequimur. Primum enim sortiti sumus legitimum Sipontini archetypum: cuius singulas papyros dum imprimeretur iterum atq; iterum castigabat Democritus terracinesis bonas literas bene doctus: & in huiusmodi almis negociis omnium solertissimus: deinde ut sincerissimum curatodiretur. Cicero ueronensis idest Benedictus Brugnosus omni mea prædicatione immo nullo non prouincio maior uniuersum recognouit: præsertim græcam litteraturam ne ut in prioribus quibusdam codicibus impressis ulla parte parum sibi constaret. Nihil enim non inoffensum: nihil non integerrimum: nihil politissimum ex sua ullo pacto uult emanare officina: de cuius doctrina & iudicio singulari nihil opus uicq; dicatur. Palam enim est: ex cuius gymnasio: quod annos supra quinquaginta honestissime Venetis stipendio florentissimum perstitit plures omnibus disciplinis clarissimos exisse cognouimus: q̄ ex troiano duces præstantissimos: ad quem & Homerum & Thucididem & alios auctores: non solum: sed etiam Quintilianum & alios latinos & rhetoricam Ciceronis frequentissimo auditorio enarratum uenisset Domitius calderinus iam satis doctus: bienniumq; & etiam amplius audisset professus est: grans Romam se longe alium abire multoq; magis instructum q̄ uenisset. Præstantia Brugnosii commendatus Iustinianus orator præcipuus historias suas emendandas & pro sententia castigandas uel in toto reliquit. Brugnosum. Antonius cornelius. Hermolaus barbarus moribus semidei: & eruditione in genere scientiarum præstantissimi unice probant: unum Brugnosum Hieronymus donatus omnium & scientia præditus. Marcus Antonius Sabellicus Lilio patavinio ætate dumtaxat postponendus laudamirantur: nec mirum quidem. Nemo artem oratoriam commodius: nemo poetarum uenustatē uelimo Aristotelis seu Ethicam seu physicos libros uolueris facilius edocet: nemo quosuis auctores fidelius interpretatur. Ad hæc lector optime ut alia quasi coronide opus hoc exornarem supra uocatum tria milia ab aliis omisitotum excerptimus: quorum tibi inditium facient singula puncta singulorum uerborum per nos excerptis præposita. Insuper ut facilius quod quæsiueris uerbum in tabula tibi occursum habebit non primarum tantum litterarum ordinem: sed quatenus fieri potuit sequentium omnium præparatū processum seruauimus: quæ omnia nisi tu oculis agnoueris: uix ex epistola percipies. Eia nunc humanissime lector eruditissimū opus hoc & fructuosissimum tot præstantium uiuorum suffragiis excolente suscipito. Si enim in huius lectionem diu multumq; incubueris. Te laboris atq; operæ præcipue nobisq; spero gratissimas gratias habebis. Bene diuq; Valeas.

INIS Raymundi Veneti ad uenerabilem Raymundum  
rium factæ religioni Seruorum feliciter additum

phrygia haud fugit manandros in ora  
prius hoc fuerat: si quis adisset opus:  
mplicuit nec tam confusa tenebris  
miseri testā nefanda uiri  
Felix Venetus cognomine consors  
nis turus nunc gradiare dedit.  
fidue Ioannis templa sacerdos:  
em hanc nobis indicis extuderat.  
thomas non defuit ante labori.  
am solus nunc tulit ipse manum  
numerum posuit sic ordine uerba  
tore labes. Hoc duce carpe uiam

**C**VNVM Etia uelim admonitos eos q̄ hoc  
opus lecturi sunt: non omnes dictiones quas  
annotauimus in indice: signatas esse in opere  
sed si quis legerit totum locum litteræ usque  
ad insequentem litteram eam inueniet: et: quia  
in indice conficiendo nonnulla inuenta sunt  
notatu digna: & alius addita. Ita ergo facere  
non grauibitur.